





Yale University Library Digital Collections

Title	Manfredo Septalio academia funebris publice habita in classe rhetoricae Collegii Braydensis Societatis Iesu
Call Number	Italian Festivals 90
Creator	
Published/Created Date	MDCLXXX [1680]
Collection Title	Multi-title collection including Manfredo Septalio academia funebris publice habita in classe rhetoricae Collegii Braydensis Societatis Iesu and 2 other(s).
Rights	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
Extent of Digitization	Completely digitized
Generated	2025-12-15 20:39:53 UTC
Terms of Use	https://guides.library.yale.edu/about/policies/access
View in DL	https://collections.library.yale.edu/catalog/2027032





PROLVIO.



OS quidem Patruo vestro meritissimo MANFREDO SEPTALIO, Nepotes optimi, Patritijq; ornatissimi *Ludouice, Franciscæ, Septimi, ac Lanfrance,* piè ac munificè superioribus diebus iusta soluistis. At non priuato familiæ vestræ squalore ac luctu desletam satis calamitatem hanc publicam arbitremini. Immemores planè, & prope humanitatis expertes simus, si Manfredum vestrum, nobis quoq; exterisq; omnibus creptum, non Patriæ atq; orbis totius lacrymis comploremus. Quando igitur solari iacturam hanc atq; orbitatem aliter non possumus, visum est in hac nostrâ academiâ, optimo seni bonarum artium, apprime verò anti-

A 2 quita-

4
 quitatis studioso exequias prisco latino-
 rum more adornare, deprompto ex eius-
 dem pinacothecâ funebri apparatu. Quod
 etsi pro veteri necessitudine viro amantif-
 simo lubens præsto, non ego tamen ut ve-
 rum fatear, in re tam lugubri, & quam-
 adeo perhorrueras Mantrede, hanc tibi
 operam infelicem, & triste obsequium
 destinaueram.

*Hæu miserande senex! nam quamvis æthere puro
 Nunc frueris credo, nec iam vltro nomina mortis
 Vana times, sed detergo post funera fletu,
 Ipse tuos cineres equis placidusq; tueris,
 Et lacrymas has sorte vetas; tamen hæret imago
 Illa tui defixa animis, & nescia fuci
 Simplicitas morum, probitasq; hilarisq; senectus,
 Cui mors surda licet, lacrymisq; inflexa precantum
 Crudelis poterat permittere longius ævum:
 Hæu miserande senex, posthac illa atria marens,
 Et sine te viduas aulas tua regna subibo,
 Nec tu mirandis speculis industrius ignem*

Atuer-

5
*Adverso sole elicies, quo liquitur ipsa
 Durities plumbi resoluta, argillaq; ab imo
 Exudat lacrymis vitreis; nec sponte citatos
 In gyrum nutu currus animabis eburnos;
 Nec fesso lateri accinctis velut ante solebas
 Clauiculis aureis modulaberis. Hanc libitina
 Perniciem, hos lucus, has intulit improba clades;
 Et nunc seuæ super lituos, numismata, conchas,
 Delicias, Mantrede, tuas, simulacraq; centum,
 Atq; urnas, atq; æra, arcus, crystallæ, pharetras
 Dira sedet, versatq; acies metuenda minaces,
 Et sibi torua placet, seque & sua spicula laudat.
 Egregium verò facinus, quo leta per vrbes
 Taxo, & funerea frontem præcincta cupressu
 Hæc spolia ostentes! Hoc stricte perfida telo,
 Quod senis innocui rubrum de vulnere stillat,
 Et super arctoas glacies trans vltima mundi
 Littora, dic partem laudem, duc seuæ triumphum.*

At ego lacrymis licet pro ludam veris,

A 3 impor-

6
importunus tamen sum, adolescentes, fle-
tui vestro. Agite verò, & quam dicebam
flebilem pompam, latino ritu instituite.
Prohibete hoc nomen mori: eripite libi-
tinæ hanc prædam. Tuq; Manfrede hoc
qualecunq; supremum obsequium cine-
ribus tuis præstitum eodem illo sereno ri-
su, & vultu bono intueri, quo olim in
terris exteros quosq; ac ciues, in tuum
illud naturæ atq; artis domicilium exci-
piebas.

EX veterum igitur parentalium ritu iu-
sta hæc Manfredo persoluimus. Quæ-
dam tamen, quæ ethnicam superstitionem
magis redolent, consultò declinamus.
Hæc verò lege apparatus funebrem ordi-
namus, ut nihil afferatur ex Symbolis, Em-
blematis, Insignibus, cæterisq; , quod non
ex Familiâ, aut Museo petitum sit.

Apud veteres octauo die ab obitu inui-
tabatur ad exequias populus per præconem:
Huius vices commisimus Famæ, eiusq;
nomine ex veteri formulâ indixit funus
Io: Baptista Barbauara Rhet. Brayd. Acad.

MAN

7
MANFREDVS SEPTALIVS

Leitho datus est.

Si cuius tam longè disseto

Nunc primum hoc nomen adsonat,

Ut volupe suat, abesto;

Cæterei funebribus rite intersumo:

Ollus ex adibus efferitur.

Apostrophe ad eandem Famam, ut de-
positâ argenteâ buccinâ stringat angli-
cam tubam vulgò, *tromba parlante*.

Epig.

Fletus, & toto diuisas orbe querelas

Sedula vocali collige fama tubo:

Ad populos omnes satis es Manfrede locutus;

Orbis Manfredo debet vterq; loqui.

Barth. Curtius Rhet. Brayd. Acad.

Præeuntem famam subsequitur chorus
tubicinum, Luctus, mæror, & dolor.
Luctum expressit hoc symbolo *Carolus*
Besutius Rhet. Brayd. Acad.

A 4

Pin-

3
Pingatur Achates ille oblongus & perspicuus, qui in Museo Septalio servatur, cuius in meditullio innatat clausus humor pellucidus.

Epig.

*Hos liquidos puro conclusos carcere fletus
Mittere durities carceris una vetat;
Durities tamen ipsa placet; pellucida gemma
Custodit lacrymas, non tamen illa negat.*

Pro mæoris symbolo assumpsit ex eodẽ Museo crystallum inclusis liquidis guttis perspicuam *Cæsar Pauesius Rhet. Bray. Acad.*

Dist.

*Nature fletum carcer crystallinus ambu:
Mentiri interna hæc lacryma sola nequit.*

Insigne doloris esto Phiala plena lacrymis humanis, quam dono dedit Manfredo Eques Cassianus à Puteo Romanus, cui inscriptionem hanc apposuit *Claudius Pancerius Rhet. Brayd. Acad.*

in

9
In Phiala collectas lacrymas

Ad pompam doloris

Servate Septalij:

Septalio Museo

Fletus alieni donari possunt;

Funeri

Lacryma nostre debentur.

In idem argumentum.

Alluditur ad ritum antiquorum, qui lacrymas parentum, atq; amicorum inclusas vitreis hisce vasculis apponebant tumulis, ne funus indefletum videretur.

Epig.

Illi infelices, quorum est lacrymabile funus

Eternis lacrymis, has habeant lacrymas.

At Manfredo tibi virtus & fama superstes

Hæc prohibent: vitra hæc tristitia frange dolor.

Gaspar Gallus Rhet. Brayd. Acad.

In funebri agmine tertium ordinem obti-

10
obtrinebant Præficæ mulieres vibratis altè
vocibus eiulantes. Harum vices subeant
Mufica, Phyfica, & Optica, quarum la-
mentationes imitati funt *March. Ioannes*
Acerbus, Com. Io: Andreas Alifer; March.
Io: Maria Vicecomes Rhetores Brayd. Acad.

Opt. Infomes radij, & furtive copia lucis,
Quam caua cryftallus, calybesq; orbesq; reflexis
Ductibus, ac rectis ab Apolline Pare trahebant:

Muf. Innocue dulceq; fides, & eburnea plectra,
Organa difparibus calamis ramofa, nec Orpheo
Nec Thebis audita: Phyl. Repofita fientia rerū
Difficileq; aditus, caufeq; latere volentes,
Quas natura parens Manfredo aperire folebat:

O. M. Ph. It. Opt. rogos & funereas accendite flammās
Cryftalla: M. In fletus & lamentabile carmen
Ite fides: Ph. Tacitis natura repofita tenebris
Æternū fiteat. Op. fmo te, Manfrede, nec ignē
E celo in terras deducere; Ph. nec pretiofas
Explorare umbras nature; M. nec inuāt aurās

Redde-

11
Reddere & accipere alternās, nec fidere cantu.
Opt. Ereptos terris, detitosq; Prometheus ignis
Refliuit, cum furtiuas à fole fanillas
Excepit fidens animis, radiosq; fequaces
Exanimi inclufu buflo, partemq; diei:
Oh anime Manfrede tue deducere celo
Partem aliquā in leues calybes, cryftallaq; poſsem:
Immortalis honos, & gloriaurgeret arti,
Quanta Syracuſo fuit olim fama Magiſtro.
Muf. Euridicen fato ereptam cum poſceret Orpheus
Auditi gemius, & vota canora precantis,
Difficil:q; umbras vocum concordia flexit.
Haud equidem cytharis hæc eſt audacia noſtris;
Sed cytharas etiam noſtras laudauit Apollo,
Perq; hæc quondam fila manu radiante cucurrit.
Verū ſiquis amor cytharis, aut illa canendo
Gratia, Manfredum mea carmina redditæ terris.
Phyl. Syderis arctoi magnes ſeſſator, ab aūſtro
Auertit pulum, & tremulo lumine ſe ſe

Linea

*Linca concutens, velut indignata rigentis
Caeli duritiem, occiduum respexit ad orbem.
Occasus Manfredi tuos quoque ferrea sensu
Virgula, quam magnes pretioso dente momordit;
Et te visa sequi est, & eodem occumbere fato.*

Opt. Vitrea cum medio se sisteret orbita soli

*Non flammæ lux iuncta dedit, neque luminis usus
Ille fuit, tetras crystallus abiit in umbras,
Nec solitum admisit radiato corpore solem.*

Phys. Levis ubi vitreo latet area campo

*Magnetis ductus acus indignata, resedit;
Æquore nec patulo facili pede ut ante cucurrit.*

*Opt. Scilicet & speculis lucem: M. calamisq; lyrisq;
Dulce animæ: Ph. & rebus motu Manfredi ferebas.*

Mul. At nunc he fides, nec respondentia voci

*Organæ; Op. nec solitam specula accipiemia lucem
Ite: Ph. niuis puræ gemmarum, rosida Caeli
Gaudia, usq; Arabum lacrymarum è cortice guttæ
Natiui iterum ad fletus electra redite.*

Te

*Te natura fleat. M. te musica Oræ optica. M. dulcē
Musica fræge chelym; P. mixtos adamantibus ignes
Extinguo: Op. in tragicas pinus, picæsq; cupressus
Inmittam posthac tetras sine lumine flammæ.
Sic votū est. O. M. P. hæc Manfredi funebria sunt.*

*Ceræ, stemmata, & Maiorum imagines
lecto funebri præmittebantur. Igitur pro-
cedant ex Familiâ Septaliâ Galeatius avus,
Ludouicus Pater, Gaspar, Henricus Ar-
chiep. Mediol., Franciscus Maria Episc. Vi-
terb., quorum effigies, partim in tabulis
à Titiano, & Fide Gallitia, partim æreis in
numismatis expressæ Septaliano in Museo
seruantur. Has omnes vnico epigram-
mate animauit (Claudius Marianus Rhet.
Brayd. Acad.*

Nos quondam pace & bello dum vita manebat

Egregios, tumulus claudere non potuit.

Tu quoque post cineres voluitas Manfredi per Orbem.

Posteritas nostris laudibus adde tuas.

Ceris

Ceius & imaginibus adiunxit Septalium
stemma habens septem alas *Don Sebastia-*
nus Caxa Acad. Brayd. ex Hum.

Dist.

Ocyor ad superos Septalius euolat: Alas

Scilicet, in terris si quid amatur, habet.

Passaguadi Septalij numisma ex ære,
feretro præmisit *Com. Io: Baptista Siccob-*
rella Acad. Brayd. ex Hum. id præsertim
exprimens cum Passaguadus dirutam a Fe-
derico Ænobarbo Patriam primo splen-
dori reddidit, & amplificauit.

Ode.

Sperate ciues, pulchrior emicat

Post longa Phæbus prælia nubium;

Portumq; nautis dulciorem,

Horrisani facit ira ponti.

Audimur: lo ponite flebiles

Valius: pudendum est corda doloribus

Pre-

Præbere; dum Septale habenas

Dextra regit, cecidisse prodest.

Extrema rerum sepe necessitas

Felicitioris principium fuit

Fati, & ferunt incundiorem

Quæ veniunt nocitura lucem.

Deiecit urbem barbara dextera,

Sed reddit urbem dextera amicior.

Plus una prudens mens rependit,

Quam rapuit grauis ira ferri.

Est grande lapsis præsidium urbibus

Vir fortis; infracti obijce pectoris

Retundet ictus, vel ruenti

Subijcet sua colla fato.

Quam magna fide munera sint manus,

Metire te ipsam, Patria, iam scies.

Quocumq; Septale loquuntur

Sparsa loco monumenta nomen.

Aureum numisma S. Senatoris inter ce-
ras

ras & maiorum imagines allatum fuit, &
orthodoxam fidem ab eodem reparatam
in Oriente, carmine lyrico laudauit *Octavianus Scottus Rhet. Brayd. Acad.*

Ode.

*Maris Aegæi litora, primo
Radiata die; tuq; superbo
Vertice surgens grandævus athos,
Peneusq; Alpheusq; pede
Currrens vitreo, dicite quanto
Lumine Calum fulsit, roseos
Quo Senator tulit augusto
Sydere vultus.*

*Hæc que facies pallida rerum
Fuit ante! diem que prima bibunt
Littora, noctes timere suas.
Vultus niveos aurora parens
Sæpe retorsit, metuens puras
Scelerum ceno miscere nives.
Verum facies, primusq; color,*

Anti-

*Antiqua fides, rectiq; tenax
Themis, Compur candor honesti
Redijt misera nocte sepulchris.
Flos Heroum, vultusq; graui
Verboq; potens, fecit scissa
Nube sereni luminis osum.
Sibi Sepulchrum genus, utrumq;
Diuidit orbem: Part occiduas,
Pars eas ambit pulcro
Lumine terras; illa diei
Lustrat cunas, ista sepulcrum.
Gemino virtus non minor orbe
Implet utrumque.*

Illato ad constitutum locum feretro
excitabatur rogos ex lignis pretiosis. Hæc
abundè Museum dedit, videlicet lignum
Aquilæ, lignum nucis Myristicæ, Aloas-
trum, Rhodium, Roseum, ex Ceilano, Ne-
phriticum, ex nouâ Hispaniâ, aliq; pere-
grini nominis, & pretij. Hæc omnia inie-
cit

B

cit hoc epigrammate *Ioannes Augustinus*
Meda Rhet. Brayd. Acad.

Ex Arabum sylvis, tristiq; aggesta cupressu
Æmula pyramidum surgat ad astra strues.
Huc Saba odoratos parius, myrrhasq; gementes;
Huc ferat Assyrius thurea dona labor.
Augusto cineri rogis hic debetur: eodem
Funere functus habet Mundus & ærqi rogam.

Ad rogam Emblemata & symbola.

Pinxi Amianthum illæsum inter ignes,
quo olim in vestem contexto inuoluebantur
cadauera, vt post rogam superstites ci-
neres secernerentur, cum hoc monastico

Huius ego cineris custos: ignoscue flamme.

Ioannes Reina Rhet. Brayd. Acad.

Aliud symbolum. Pinxi fornaculam
stillatoriam. supposito igne flores gutta-
tim soluentem cum hoc monott.

Subsidunt grauiora, rogo m. liora superant.

Iacobus Guerrinus Rhet. Brayd. Acad.

Para-

Parata ad rogam lignorum strui mors
speculo vltorio nequicquam à sole dedu-
cit flammæ.

Fictio poetica.

Ter conata rogam libitina accendere vitris
Obuersis Phæbo, ter remuere vitra.
Triste gelu mortis conceptos fascinat ignes,
Nec tamen elusam retrahit illa manum.
At dum seua inflat, subduxit lumina Titan,
Se nebulis clausu, surripuitq; diem.

March. Franciscus Casnedus Rhet. Brayd. Ac.

Dona vltima ardenti rogo infereban-
tur, ea videlicet, quæ viuenti gratissima
quondam fuerant.

Musica, Optica, Physica cum suis donis.

Accipe do calamos. Do vitra. Impono metallum
Redde sonum. Vitis luminis. Da pretium.

Exuperantius Buella Rhet. Brayd. Acad.

Cerasum eburneum, cuius nucleus la-
trunculos luforios condit, reliqua pars

B 2 bre-

breuissimo ambitu, centum cadauera af-
fabre exculpta à Manfredo ostendit, de-
plorando eiusdem funeri transtulit *Alexander Bulgarus Rhet. Brayd. Acad.*

Epigr.

*Et turres, & equos, peduesq; equitesq; ducesq;
Cortice sub niueo nucleus iste tegit.
Si, ut breuiore loco diuisa caduera centum:
Centum ora atq; oculos tam breue corpus habet.
Indignata orbe exiguo mors effera claudi,
Ars, inquit percat, cumq; sua arte faber.
Falleris: immortale ebur, immortalis in isto
Mors ebor est, immortalis in arte faber.*

Arcus, sagittas, & pharetras Brasili-
fium, Floridanorum, Turcarum, aliaq; ar-
ma ab Algerianis, Persis, Tartaris, cæteri-
q; barbari nominis populis adhibita, ex Mu-
seo in rogam traduxit hoc epigrammate
Inlius Lonasus Rhet. Brayd. Acad.

*Vos quoq; terrores belli scuta, arma, segitta,
Et Thracum & Brasilum spicula torta manu,
Fumestos implete rogos. Heu Mortis ab ictu
Nec lunata Arabum scuta, nec arma tegunt!*

Alia mûnera intulit *Ioseph Frisia
Rhet. Brayd. Acad.*

Dist.

*Ultima dona damus; sed non sunt Ultima: Fama,
Quæ superest cineri, muneris ipsa loco est.*

Illatis in urnam cinerum reliquijs ex-
structum est Mausoleum. Quatuor Colossi
impositam capiti quadratam molem sus-
tinent. Primus Colossus Labor, in mar-
moreâ membranâ indicans hoc familiare
dictum Manfredi *Potius mori quàm otiosi.*
Ad basim pro symbolo apposita est Auis
Paradisiaca, cui lethalis est quies, cum-
lemmate *si moror morior.*

Fauslinus Iulius Rhet. Brayd. Acad.

Secundus Colossus Sapiencia præferens
effatum aliud Manfredi *Sapiens numquam
solus*. Symbolum Vnio in Concha ma-
trice, quem Plinius ait ideo dici unionem,
quia vno inuento comes alter inuenitur,
cum epigraphe. *Numquam vnus*.

Ludouicus de Comite Rhet. Brayd. Ac.

Tertius Colossus Virtus cum adagio ex
eodem Manfredo desumpto *Virtuti ubiq;
obvius amor*. Symbolum. Regula ferrea
circa suum cardinem versatilis, quæ osten-
sum maghetem sequitur, cū hoc carmine
Nescio quid rapiat, sed tamen usq; sequor.

Spiritus Rosignolus Rhet. Brayd. Ac.

Quartus Colossus Ars sententiam pari-
ter Manfredo familiarem spectatoribus
exponens *Bellicæ & Pacis artes amica*. Sym-
bolum Laurus respiciens inde turbatum
Cælum, inde tranquillum, cum monost.
Pacem inter Cæliq; iras secura viroris.

Antonius Mainus Rhet. Brayd. Ac.

Colos-

Colossus intermedia quatuor simulacra
in suis loculamentis disposita.

Primum Simulacrum. Septalius Cæsar,
Septimio socius Imperij, cuius extant ad
hanc diem Numismata; ex quo Familiam
Septaliam Raphael Fanianus deducit. Ad
basim inscriptio.

Septal. Cæs. Imp.

Aug. Fel. Max.

In Familiam Septaliam adoptandus

nisi Auctor furet.

Hieronymus Balbianus Rhet. Brayd. Acad.

Secundum Simulacrum Passaguadi Sep-
talij bellicam imaginem refert, cui subest
inscriptio.

Passaguadus

Reip. Mediol. Cæs.

Dux. Exerc. Inuic. Fel.

Reparata atq; amplificata Patria;

Quam Fridericus Anobis diruerat;

B 4 Cæ-

Ceteros ex Familia Septalia
Cossis, legat. Decur. Quæst. Equit. Duc. &c.
Rerum gestarum magnitudinis complexus
Loco omni um
stat.
 Erasmus Busca Rhet. Brayd. Acad.

Tertium Simulacrum S. Senatoris Archiepiscopi Mediolanensis.

S. Senator. Archiep. Mediol.
Legatus à Lat. ad Theodos. II. Imp.
ad Concil. Constantinop. & Chalced.
Lustrato Oriente
Restituta in integrum Religione,
Quam Nestorius & Eutyches concusserant
Henric. & Franc. Mediol. Archiep.
Cosimo, Gabr., Franc. Maria, Carolo Septal.
Rauell. Auell. Viterb. Dertbon. Episcopis
Rerum gestarum gloriam
Pietatis, & Doctrinæ Patrimonium

Om-

Omnium virtutum normam
Hereditaria reliquit.
Io: Baptista Fidelis Rhet. Brayd. Acad.
Quartum simulacrum Henrici Septalij.
Henrico Septalio Archiep. Mediol. Primo Cimsil.
Ob benegeſtam Prouinciam
Cum Regibus Cyp. Hungar. ac Duc. Aust.
Aduerſus Saracenos in Syria
Fides propugnata:
Quod DD. Dominici, & Francisci Familias
Pro ſua erga vtrumq; dum viuerent beneuolentia
Ampliſſ. Domicilijs ac templis exceperit
Religio amplificata:
Impetrato demum Mediol. Pallio
tituliſq; Metropol. Baſil. honorificentijs.
aucta Patriæ dignitas
Monumentum hoc
 PP.
 Alexander Caſtellus Rhet. Brayd. Acad.

B 5 In

In Lunulis fornicis quatuor Emblemata.

Pingo Horologium noctu horas signans clausâ intus face quam Mors extinguit, cum lemmate *Nox sola superstes*.

Dist.

Nocturnas horas clauso fax lumine pingit;

Hanc Mors extinxit, solaq; nox superest.

Ioseph Piola Rhet. Brayd. Acad.

Pingo Sphæram quam Armillarem vocant cum lem. *Vos quoq; ad Occasum*.

Dist.

Vos quoq; ad Occasum celestes Vergitis Orbes;

Hec vertigo pari turbine cuncta rapit.

Io: Baptista Modignanus Acad. Brayd. ex Hum.

Pingo Horologium quod Lunæ expositum noctu indicat horas cum lem. *Nox officit umbra*.

Epig.

Epig.

Non regit Umbra Umbra, quâ lumine Cynthia signat;

Septa licet tenebris, non tamen illa later.

Haud secus Heroum, quos claros lucida virtus

Efficit, in tenebris emicat Umbra suis.

Carolus Moneta Rhet. Brayd. Acad.

Pingo Mortem in Speculo Polyædro se multiplicem intuentem cum lem. *Quot funera in uno!*

Ille Opifex rerum quadrigas doctus eburnas

Fingere, quas oculi nequicquam vitra requirant;

Ille explorator gemmarum gemmas ipse

Arte ipsos etiam lapides imitatus eorum,

Et truncos torquere sagax, exugere cedros,

Inque suos Veneres electrum solvere fletus:

Ille intendendis nervis, telisq; vibrandis,

Et Scythiæ cor Brasillum iaculis, Thracumq; sagittis

Nil Perse industri cedens, rigidisq; Gelonis:

Ille vitro ignotas stellas speculatus Olympo,

B 6

Et

*Et magnum quidquid naturā inscribit arenis ,
Atq; è sole potens in terras ducere flammam ,
Et cursum æternum lento præscribere plumbo ,
Cui cytharæ centum , calamiq; & nabilia nota
Sublatus fato est. Heu Mors quot funera in Mo!*

*Emblema excogitavit Bartholomæus Ripa .
Carmina adiecit Paulus Hieronym. Binius
Rhetores Brayd. Acad.*

*Ad quatuor facies tumuli res gestæ à
Manfredo .*

*In primâ facie . Adolescens discendi
studio in Orientem nauigat .*

Partem Orbis lustrasti .

Quod reliquum est

Peragrat Fama .

Federicus Osius Rhet. Brayd Acad.

*In secundâ tumuli facie . Romæ in
subterraneis Martyrum Cryptis, dum ca-
racteres quosdam, & monumenta antiqua
persequitur, ex ijs latibulis, quibus se se
implicuerat ægrè enadit .*

Dist.

Dist.

Naturæ arcana & latebras scrutaris Ubique :

Arcere è domibus Mors nequit ipsa suis .

Balthassar Trouatus Rhet. Brayd. Acad.

*In tertiâ facie . Archiduces Austriaci ,
Ioannes Austr. D. Vincentius Gonzaga ,
March. Caracenzæ cum Manfredo dant
operam torno .*

Affiduo rotatu

Subiecta attollere, deprimere, circumagere

Diuine mentis ludus

Opus fortune

Principum labor

est .

Dominicus Veredeus Rhet. Brayd. Acad.

In quartâ facie Manfredi effigies .

Ille rariq; Orbi notus Septalius hic est .

Cæsar de Floribus pinxit .

In

In summo orbe testudinis S. Senator
Septalius, B. Manfredus Septal., B. Lan-
francus Sept. primus Generalis totius Ord.
Eremit. inter nubila alatis genijs permix-
ti, qui desumptis ex Septaliano Museo
Organis, fistulis, ac tibijs modulentur
cum lem.

Haec meta laborum.

Paulus Mares Rhet. Brayd. Acad.

De Mausoleo iam satis. Deposito ac
condito cadaueri lucernas perpetuas ac-
cendere mos erat; ex his quamplures ser-
uatae in Museo Septal. accensae fuere ab
academicis.

Epig.

Quas voluit Vite testes manuumq; operumq;

Par est perpetuas mortuo adesse faces.

His redit in lumen fumus, caligo nitorem

Inquit: Et sapiens diuit ab interitu.

Don Ioannes Moles Acad. Brayd. ex Hum.

In

In idem argumentum.

Quos habuit somnus viuens, condat amica

Nox lethi: Vigiles, mors detet ipsa mori.

Vos quae perpetuo fulgetis honore lucernae

Dicite quem colitis, quam fuit iste vigil?

Com. Hieronymus Rubeus Acad. Brayd.
ex Hum.

In idem argumentum.

Ode.

Heu dolor! Caelo ruis inuidendum

Lumen Insubri? renuunt sepulti

Um cornuscantis per inane lucis

Condere manes.

Non tuas ergo Libitina sedes

Querit. Externis radiare terris

Occidens Titan solet: hic supernis

Fulgeat oris,

Maior humanis anime, alta felix

Obiit. Excussum regumen volenti

Linguae

Lingua terræ; colliget, & decoro

Marmore condet.

Exeres celsum caput, & videbis

Nescias in celsis tumultu lucernas

Ira circum: ut cum sine sole Cælum

Ardet in astris.

Sic amet magno cineri decoras

Numen in terris rutilare flammæ

Amplantes perpetuo nitore

Axis honores.

Don Didacus Moles Acad. Brayd. ex Hum.

In idem Argumentum.

Distychon.

Ardens æterno lampas nutritur olivo:

Æternum virtus sic sibi nomen alit.

Franciscus Madernus Rhet. Brayd. Acad.

In idem Argumentum.

Quantum sub hoc saxo lateat pretij

Viator intellige.

Flam-

Flammei Custodes

Æternum vigiles oculi

Hæc umbras tuentur.

Franciscus Annonus Rhet. Brayd. Acad.

In idem Argumentum.

Se se nobis ex integro eripere

Non potuit Manfredus;

Lucis suæ partem hanc

terris reliquit.

Amplitudinem luminis

Viator conijce:

Eius etiam minores reliquæ

Æternæ sunt.

Io: Petrus Confalonierus Rhet. Brayd. Ac.

*Ad tumultum vltimi ploratus atq;
Encomia.*

Heu nunc premium crudelis Manfredi!

Reparatam à Passaguado Patriam.

Innocenter perdidisti.

Plura

Plura ademit Manfredus Moriendo,
 Quam vastator Enobarbus vincendo.
 Pari ruinae pares lacrymas Cives date.
 Illatas à Friderico ruinas
 Reparavit Passagudus:
 Manfredi iacturam
 Restituit nemo.
 Geruntius a Basilica Petri Rhet Brayd. Acad.

Anagramma numericum.
 MANFREDVS SEPTALA.
 SCIENTIARVM GLORIA.

Ode.

Terris & astris conspicuum caput
 Manfredo; quem Orbis primus & ultimus
 Audiuit, & late ad remoti
 Fama tulit penetrare Aundi;
 Centum ter amplius nominibus licet
 Eas superbus; singula persequi

Vatem

Vatem volentem, nerius impar
 Desicit, & cythara recusat.
 Seclis tamen dicere sequentibus
 SCIENTIARVM GLORIA, & Annum.
 Sic vati Apollo, sic latebras
 Nominis explicuere Muse.
 Mauritius Mantegatia Rhet. Brayd. Acad.

Funeribus ritè absolutis cineri postre-
 mum vale.

Musa silet, desuntq; tunc iam carmina laudi,
 Corda canant; cordis carmina poscit amor.
 Si quod crimen habent versus, ab parce dolori,
 Hoc Inum querit posse dolere dolor.
 Terra levis cineri sit, spiritus æthere vivat
 Non alio virtus digna habitare loco.
 Nomen habet terra, hæc super st à funere vita;
 Vivere nam tabule, marmora, corda dabunt.
 Ludouicus Vicecomes Brayd. Acad. ex Hum.

In

In idem Argumentum.

Si pietas atq; integritas, si gratia morum
 Ingenio possent Vincere fata suo;
 Hæc nunquam de te spoliū libitina tulisset,
 Cui tunc ingenij, gratiæ, & artis eras!
 At quando illa tuos cineres sub marmore clausos
 Stare iubet: cineri sit lapis iste levis.

Julius Castilioneus Rhet. Brayd. Acad.

Auem Paradisiacam Symbolum Septa-
 lianæ quietis animauit hoc dist.

Est mihi vita labor, pereō si forte quiesco:

Mors est Manfredo nil nisi prima quies.

Paulus Antonius Decius Rhet. Brayd. Acad.

Gratiarum actio.

Præclarissimo funeri contulistis Acade-
 mici Animosi eruditas querelas, & flores
 lacrymarum. Claudite iam Academiam
 funebrem, namq; ex artis Magisterio ela-
 borati, & ordinati dolores, vmbra tantum
 sunt,

sunt, & picturæ dolentium. Ut altè do-
 leatis tacete.

Aduerte lector nomina Fati Fortuna & si-
 milium seruire tantum venustati & con-
 cinnitati carminis & latini idiomatis,
 neque apud nos idem audire, quod olim
 apud Ethnicos damnata & reprobata su-
 perstitionis.



Die 15. Aprilis 1680.
De Mandato Reuerendiss. Patris Inquisitoris D. Ca-
nonicus Ordinarius Ayroldus videat, & in scriptis
referat &c.

Fr. Hyacinthus Cattaneus S. Offitij
Mediol. Not. &c.

Liber inscriptus *Manfredo Septalio Academia Funebriis
publicè habita in Classe Rhetorica Collegij Braydensis
&c. quorum scriptiones in ordinem digesti Com Io. An-
dreas Alifer &c.* nihil continet contra Fidem Ca-
tholicam, & Apostolicas sanctiones. Et ideo censeo
permitti posse, vt in publicum præli opera tradatur.
Cum libellus, cui titulus *Exequiæ in Templo S. Nazarij
Manfredo Septalio celebrata, quas exposuit March. Io:
Maria Vicecomes &c.* nihil contineat contra Fidem
Catholicam, & Constitutiones Apostolicas, censeo
permitti posse, vt typis mandetur. Me ideo &c.
Mediol. 23. Aprilis 1680.

Carolus Antonius Ayroldus I. V. D. Canonicus Ord-
narius Ecclesiæ Metropolit. Mediolan. S. Offitij Con-
sultor &c.

Attenta præfata attestatione.


Imprimatur Fr. Siftus Cerchius Inquisitor Generalis
Mediolani &c.

Iacobus Saita Canonicus Basilicæ Ambrosianæ, pro
Reuerendiss. Capitolo Sede vacante &c.

Franciscus Arbona pro Excell. Senatu.


[back flyleaf verso-back free endpaper]

Image ID: 1103907



[Back free endpaper verso-back pastedown]

Image ID: 1103908



[Back cover]

Image ID: 1103909

